

Sectarū diuersitas, id est magni doctores & expositores nunq̄ conuenerunt in expositione eius: neq̄ in eternum conuenient. Et sic non solum orientales ad occidentales / sed orientales inter se: & occidentales inter se / & in eisdem scholis diuersę sunt sectę: & tantum diuersę / ut una condemnet aliam. Quidam enim sequuntur Mahometum: & sunt plures: Quidam autem Hali: & sunt pauciores / & minus mali: & dicunt Mahometū tyrannica potentia sibi ipse usurpauisse quod fuit Hali. Insurrexerunt autē cōtra utrosq̄ quidā philosophię experti: & incipientes legere in libris Aristotelis & Platonis / relinquebant oēs saracenorum sectas / & ipsum Alcoranū. Quod intelligens ex Babilone quidam nomine Calyphas / edificauit apud academiā & stangeriam scholam: quę charissime sunt: & transmouit lectionem in Alcoranum: Et ordinauit: q̄ quicumq̄ ex provincijs veniunt Babylona / ut Alcoranum discant: & habeant habitationes & expensas necessarias a publico: Et decreuit: q̄ saraceni qui Alcorano vacant: nullo modo philosophię operam nauent: propter hoc neq̄ bonos saracenos esse existimant: qui philosophię operam dant: propterea q̄ huiusmodi Alcoranum vilipendunt / propter causas superius dictas in octauo & nono capitulo.

Cōstitutio
Calyphę.

De fictione improbatissime visionis: Capitulum decimumquartum.

Fabula de
Mahometo.

¶ Vartodecimo oportet speculari: q̄ fictam visionem Mahometus composuit: quę est expositio cuiusdam Alcorani. Dicit enim in capitulo filiorum Israel. Laus ei qui fecit transire seruum eius in una nocte ex oratorio Elaram quod est: domus Mecce: usq̄ ad longissimum oratorium: quod est domus sancta Hierusalem: quam benedicimus: & reliqua. Expositio autem sententię huius est: q̄ Mahometus una dierū psallebat matutiniam eius horam: quam cum perfecisset: dixit hominibus: O vos homines: considerate: Heri postq̄ ego discessi a vobis: venit ad me Gabriel post ultimam vespertinam psalmodiam & dixit mihi: O Mahomete / mandat tibi deus ut visites eū. Cui